illustrem progenie suis innumerabilibus virtutibus supa-
runt post immensas tui regiminis actiões religiõi pluri-
mũ vacas ⁊ deum times. ¶ Tractatus igitur de ieiuniis
quadragesimalibus. maxime ⁊ primum videndũ est qua-
re fuerit hec sancta instituta quadragesima. Que ideo in-
stituta est. quia cũ homines de omnibus suis decimã debe-
ant deo sic etiã in ieiuniis hoc fuit statutũ vt. xxxvi. dieb⁹
ieiunaremus ⁊ iiij. plus. qui tamẽ nõ sunt dati ꝓpter deci-
mas sed vt equaret dñicis ieiuniis Vñ et tot dieb⁹ ipe etiã
ieiunauit Remanent tamen. xxx. hore non decimate. sed
possum⁹ dicere ꝙ releuamur ab istis ꝓpter onus aliorum
ieiunioꝝ vel illoꝝ iiij. dieꝝ qui licet prestentur ꝓpter aliud
tamen nos onerant ⁊ sic in alio releuari debem⁹. ¶ Viden-
dum est mõ de ieiuniis ⁊ hoc questionib⁹ vij. explicari cre-
do Et qm̃ omnis disputatio seu locutio de ieiuniis futura
est. placet primo diffinire quid sit ieiuniũ. ⁊ vnde dicatur
Scdo quotuplex sit. Tercio q̇ ad ipm restringant. Quar-
to ad ipsius obseruantiã ⁊ qualiter frangat. Quinto qui
sint dies digni ieiunio. Sexto qñ sit in totũ vel ꝑticulari-
ter transmutabile. Septimo qui sint effectus ieiunij.
¶ Rediens ad primã questionẽ dicit in ipã Innocenti⁹ ꝙ
ieiunium est parcimonia victus ⁊ ciboꝝ abstinẽtia Sed
ista diffinitio non est tuta. quia non cõphendit substã-
tialia ieiunij. contra l. omnis diffinitio. ff. de. re. iur. Vnde
dico ꝙ ieiunium in sua ꝓpria specie sumptum est vnica in
die legittima ciborum refectio cum abstinentia a carnib⁹
lacticiniis institutione quidem generali ac vniuersali ec-
clesie uel loci speciali cõsuecudine voto vel penitẽtia intro-
ductum Et ideo dicit legittima. quia fieri debet euitando
quinqꝫ q̃ sunt p̃sentamẽta regule. de quib⁹ habetur de cõ-
se. di. v. ca. quinqꝫ Et infra dicã Et dicit ẜm inno. ⁊ doc. a
quodam intestino quod vocat ieiunium quod est supua-
cuũ ⁊ subtile Et ieiunij rationẽ nititur assignare. Hosti.
Sed hoc medicis ⁊ physicis dimittam. ¶ Scdo est vidẽdũ
quotuplex sit ieiunium Et inno. ⁊ goff. suo modo dicunt
ego vero sic dico. ꝙ potest considerari ieiunium multipli-
citer. Primo modo in suo genere generali ⁊ tunc ieiuniuꝫ

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-626/0004
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG